XIIII.

ALPHABETUM

SYRO-CHALDAEUM

UNA CUM ORATIONE DOMINICALI
SALUTATIONE ANGELICA
ET SYMBOLO FIDEI



ROMAE MDCCXCVII.
Typis Sac. Congregationis de Propag. Fide .

Praeſidum Facultate .

Linguam Syriacam eſſe omnium primam Theodoritus aſſeruit.

I. Syriacam linguam eſſe omnium primam ac vetuſtiſſimam non dubitavit aſſerere Theodoretus, qui propoſita ſibi hac ipſa quaeſtione ποία γλῶσσα ἀρχαιοτέρα, *quaenam lingua eſſet antiquior*, ſubdit δηλοῖ τὰ ὀνόματα. Ἀδὰμ γὰρ, καὶ Καΐν, καὶ Ἄβελ, καὶ Νῶε τῆς Σύρων ἴδια γλώττης. *Nomina ipſa demonſtrant; Adam enim, et Cain, et Abel, et Noe propria ſunt linguae Syriacae.* Ut vero Hebraeam linguam veluti aemulam ſubmoveret, unde illa nomina facilius derivantur; quaerit rurſum, ἡ οὖν Ἑβραία πόθεν ἤρξατο; οἶμαι αὐτὴν ἱεραν εἶναι φωνήν. *Unde igitur coepit Hebraica? Eam arbitror eſſe linguam ſacram* (a). Nulla quidem ſacratior, quae Dei verbum expreſſit, ad noſque tranſmiſit: ſed paucorum fuiſſe non autem totius gentis, quo tempore Moſes Dei juſſu ad ſcribendum ſe contulit; id vero Theodoretum exhibet Hebraicae traditionis non imperitum potius, quam veritatis aſſertorem. Namque & Rabbini ex Thalmude hoc docent, unum tantummodo

(a) *Theodoret. in Gen. Qu.* LX *et* LXI.

ſacro charactere ſcriptum fuiſſe codicem, eumque in arca repoſitum; ceteros autem, quos pro numero XII tribuum recenſent, profanis litteris, (a) fuiſſe conſcriptos. Relinquendum itaque Theodoreto aliiſque Syris, ut ſuae gentis linguam ceteris anteponant, quod niſi ob vetuſtatem effecerint, ob dignitatem facile ſuadebunt.

Syriacae linguae in Veteri Teſtamento uſus: Novum hac lingua promulgatum.

II. Primam vero dialectum Hebraei ſermonis fuiſſe linguam Syriacam nemo negaverit, quæ cum ipſa matre de nobilitate contendit. Namque in veteri Teſtamento non pauca ſunt per eam linguam tradita (b) proindeque ipſi Hebraeorum doctores, etſi exteras contemnant, hanc fere unam veluti neceſſariam commendant, propterea quod in Lege, in Prophetis, et in Hagiographis inveniatur אל יהא לשון כורסי הוה קל בעיניך *Ne ſit lingua Syriaca vilis in oculis*

(a) *Samaritanis*.

(b) *Gen.* 31. 47. *Ierem.* 10. 11. *Dan. a Cap.* 2. 4. *ad Cap.* 8. *Eſdr. a cap.* 4. 8. *ad.* ℣. 19. *et cap.* 6., *et a* ℣. 12. *ad* 27. *cap.* 7.

tuis (*a*). Atque iſti quidem linguam Syriacam eandem faciunt cum Chaldaica, idque haud perperam, quando non admodum diſſerunt. Ex utraque vero quae exſurgit dialectus nulli dignitate concedit. Namque *olim Deus loquens patribus in prophetis, noviſſime locutus eſt nobis in Filio* (*b*) ſermo autem quo uſus eſt Dei Filius quum homines coram docuit, ſacramenta inſtituit, Patrem rogavit, eiuſque vocem audivit, legem denique omnium ſanctiſſimam ſancivit perpetuo foedere, nullus fuit præter Syro-Chaldaeum; cui adeò plus nobilitatis ex hoc uno acceſſit, quam ceteris aliis ex eorum uſu apud excultiſſimas gentes, hominesque eloquentiſſimos. Nihil enim Verbo Dei præſtantius, quod hominibus vitam tribuit atque immortalitatem: nihil efficacius, quod veritatem non modo ſuadet, ſed etiam efficit ut mirifice diligatur. Quod vero auctor non ignobilis *Chriſtum græce loquentem* ſuperioribus annis induxerit; inter ſeculi huius portenta id recenſendum eſt, meritoque a doctis viris exploſum. Sacris enim Evangeliis, ut cetera mittamus, hæc adverſatur opinio, in quibus *de Chriſto Syriacè*

(*a*) *Bereſc. Rab. ſect.* LXXIV

(*b*) *Hebr. I.* 1.

a 3

loquente præclara ſervantur teſtimonia; cuiuſmodi ſunt verba in demortuae puellae ſuſcitatione prolata *Thalita cumi* ܛܠܝܬܐ ܩܘܡܝ *Puella ſurge*: ſive quum ſurdum ac mutum ſanavit uno verbo *Ephpheta* ܐܬܦܬܚ *Etphetah* etsi recentiores pronuncient *Etphathh*, nempe *adaperire*: quod verbum Eccleſia retinuit in ſolemni baptiſmatis adminiſtratione. Cognomentum quoque *Boanerges*, quod Zebedaei filiis Redemtor impoſuit, Syrum eſt ܒܢܝ ܪܓܫܐ Filii tonitrui: eamque conſuetudinem Syriace loquendi ad ultimum uſque ſervavit. Nam verba in cruce prolata *Eloi Eloi lamma sabcathani*; reſpondent Syris vocibus

ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ

Deus meus Deus meus ut quid dereliquiſti me (a).

Petri Apoſtolorum principis prærogativa, expreſſior in ſermone Syriaco.

III. Atque haec ex uno Marci Evangelio deprompsimus, ut appareat, quam ſe-

(a) *Vid. Grot. in Matth. XXVII 46. et Marc. XV. 34.*

dulo commendaverit Eccleſiaė verba ipſa ore Domini conſecrata Petrus Apoſtolorum Princeps, cui Marcus Evangelium a ſe ſcriptum obtulit, ut probaret; non parvi enim referre duxit, ſi conſtaret omnibus, qua lingua uſus eſſet Magiſter. Hinc modeſte admodum de ſe fieri ſermonem Petrus ibidem permiſit, ubi et magnifica illa commendatio eſt praetermiſſa, qua *Beatum* ſe dici a Deo praeſente audiverat, et ſuppreſſa etiam inſequens promiſſio, qua principatum, ampliſſimamque poteſtatem in Eccleſia cum ipſis regni Coelorum clavibus deferri ſibi prae ceteris intellexit. In quo ſane apparet Syriacae linguae nativus quidam vigor, qui deficit in latino sermone. Illa enim verba *Tu es Petrus et super hanc Petram aedificabo Eccleſiam meam* Redemptoris ore pronunciata, omnem reiiciunt invidorum argutationem, propterea quod Syriace dicuntur eodem genere *Petrus* et *Petra*, veluti ſi latine diceretur *Tu es Petrus, et ſuper hunc Petrum*; ſive etiam *Tu es Petra, et ſuper hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam*,

ܐܢܬ ܗܘ ܟܐܦܐ . ܘܥܠ ܗܕܐ ܟܐܦܐ ܐܒܢܝܗ

ܠܥܕܬܝ quo ſermone ipſa Petri perſona manifeſte indicatur. *Nam lingua Syrorum* ܟܐܦܐ

Cepha *lapidem ſonat* , *et nomen Apoſtoli refert* , *idque ſine ulla literarum varietate* . Haec vir apprime doctus quum animadvertiſſet, plures in ſe concitavit, quos tamen ipſe nullo numero habuit . *Haec facile* , inquit, *rudes contemnent quorum iudicium nihil moramur* (*a*) . Provocent iam hoſtes Eccleſiae ad archetypa , ut aſſolent ; plane ſibi laqueum iniicient , quo progredi vetentur. Magni ergo momenti fuerit magnique uſus, in graviſſimis quaeſtionibus amputandis proferre linguam Syriacam. Ex ea vero cetera, quae ſuperſunt in aliis Novi Teſtamenti libris, recenſere ſupervacaneum eſt, quando hunc laborem ſuſceperunt ex eruditis non pauci.

S. Ephraem Syrus diſertiſsime ſcripſit : eius operum editiones Romanae ceteris longe praeſtant.

IV. Nobilitas autem quanta Syriacae linguae acceſſerit eo quod Redemtor, eiuſque Mater Deipara Virgo, tum etiam Apoſtoli eandem nativam propriamque habuerint ; Ephraem Syrus vir ſanctiſſimus , ac

(*a*) *Ang. Canin. loc. N. T. p.* 489. *et* 490. *V. Tho. Cren. not. l. c.*

diſertiſſimus oſtendit . Nam eloquentiae laus elegantiaeque, duabus ferme linguis iamdiu erat circumſcripta, nemoque Oratores niſi Graeco et Latino ſermone loquentes audiverat. Poſteaquam vero S. Ephraem patriam linguam excoluit, ac ſua voce ſcriptiſque illuſtravit, Attica illa Romanaque facundia in Orientem ſe recepiſſe viſa eſt, eo maxime tempore quo barbari Europam vaſtare perrexerunt. Graeci profecto Ephraem Syrum adeo admirati ſunt, ut ſummis laudibus non ſolum efferrent, ſed etiam in Graecum ſermonem ipſius Orationes et ſcripta converterent. Latini autem longo plurium ſeculorum intervallo Ephraemi Operibus colligendis omne ſtudium velut in effodiendo theſauro impenderunt, donec Romana editio ſeculo XVI prodiit, veluti ſpecimen praeſtantioris, quae hoc ſeculo tandem, abſoluto labore, ternis voluminibus lingua Syriaca, totidemque Graeca editis, nitidiſſima forma exarata eſt in urbe Roma; ut ſplendidius multo monumentum viro meritiſſimo ſit poſitum, quam ſi decreta ipſi ſtatua quævis in urbe media fuiſſet. Alii quidem nonnulla S. Ephraem ſcripta, prius aut Latine tantum, aut Graecè in vulgus emiſerant: ubi vero ultima editio Romana Syriace, Graece, Latineque apparuit, nobiliſſimi omnium triumphi memo-

riam renovavit . Inſcriptio enim in Cruce propoſita, hiſce linguis concepta fuit: quae ſane linguae inde hauſerunt primariam inter ceteras dignitatem . Nam Evangeliſtae qui primo loco Hebraice hanc inſcriptionem exaratam fuiſſe narrant; omnium conſensu eam linguam deſignant quae apud Hebraeos in uſu erat, nempe Syriacam. Quamobrem ſi quaeramus eccur olim Evangelii propagatio per Orientem ad Sinas uſque ab Syris plerumque ſit facta, divinaque officia Syro ſermone remotiſſimis gentibus tradita; cauſam potius quam indicavimus amplectemur, quam Patriarchatus Antiocheni amplitudinem . Italis vero eo gratior eſſe debet lingua Syriaca, quod priſcis temporibus ex ea gente non pauci conſederunt in Italia; id Graecus autor pro comperto habuit: καὶ Σύρους μὲν ἐν Ιταλίᾳ, Λίβυας δὲ ἐν Θράκῃ, καὶ ἄλλους ἀλλαχοῦ διεσπάρθαι ὡς ἐπιτοπολύ. *Ac Syri quidem in Italia, Libyes in Thracia, aliique alibi diſperſi, ut plerumque ſit reperiuntur* (*a*) . Hinc etymologi haud raro confugiunt ad Syros, ut Latinis vocibus, quin etiam Italis originem aſſignent . Fontibus autem repetitis, expreſſior vocum ſignificatio, ratioque ſcribendi rectior exſurgit.

(*a*) *Polem. Phyſiogn. III.*

Alphabetum Syriacum , et puncta vocalia facile addiſcuntur .

V. Nunc ea difficultatis opinio removenda eſt , quae ab lingua Syriaca pleroſque deterret : nam alia nulla celerius addiſcitur , ſi ab ipſis elementis , ut oportet , incipiamus . Alphabeto enim addiſcendo plurimum temporis impendi ſolet in aliis linguis , praeſertim Orientalibus ; in Syriaca vero citius quam horae ſpatio res conficitur . Secant enim in ſex partes Alphabétum , ſuos characteres cuique parti aſſignando , eaſque proprio nomine deſignant : *Abgiad* , *Havvaz* , *Hbatti* , *Kolman* , *Seaphats* , *Qarſchiath* . Ordinatim vero Alphabeto respondent

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ

Sed et forma litterarum commodior eſt in Syriaco ſermone , quam in Hebraeo , ubi characterum aliquot ſimilitudo ſaepe confuſionem parit : quin etiam commodior affinium linguarum alphabeto , Arabico , atque Aethiopico , quae plures habent litteras , eaſque ductu non ita facili . Quemadmodum vero hac ultima demta , in ceteris linguis puncta vocalia quaedam aſcita ſunt ex Maſoretharum invento, eorumque imitatione ut opinor ; ita etiam Syri ſuas litteras

vocales, non illi quidem proprio arbitratu excuderunt, ſed a Graecis mutuati ſunt. Enim vero ܰ, ܶ, ܺ, ܳ, ܽ, reſpondent *α*, *ε*, *η*, *ο*, *υ* inverſo, cum puncto, ſive potius cum *o micron* medio, quod in punctum degeneravit. Neque enim vocalis motio ܽ effertur ſicut *υ* Graecorum, ſed parem habet cum ܘ̈ sonum. Ab VIII ſeculo earumdem vocalium uſum repetunt Syri, quo ſeculo Theophilus Edeſſenus vixit, isque autor fuiſſe dicitur illas recipiendi. Ut vero facilius ea puncta vocalia ediscantur, nomen proprium cuique imposuerunt ܰ *A Abraham*. ܶ *E Esaias*. ܺ *I Isaac*. ܳ *O Odom* nempe Adam ܽ *V Vrias*. Puncta etiam adhibent Syri varie disposita, quae pari vocalium officio funguntur; at eorum usus recentior est, quemadmodum & consuetudo scribendi Syris characteribus Arabicas voces. Nam supplendo litterarum numero qui minor est apud Syros, hi punctis utuntur in ea scriptione, quam *Karsciunicam* vocant.

VI. Quamvis autem plura commoda ex notis punctisque vocalibus in linguam Syriacam derivata sint; illud plane incommodi sequutum est, quod prisca vocum pronuntiatio haud leviter fuerit immutata. Nam litterae quidem exhibent veterem sonum: at puncta vocalia recentiorem. Sic ܐܠܐ ܡܪܝ *Ma-*

ranatha, nunc affertur *Moranetbo*: ܚܩܠ ܕܡܐ *Haceldama* evasit *Hacal dmo*. ܛܠܝܬܐ *Talitha* effertur *Ttlitho*. ܦܨܚܐ *Pascha* nunc dicitur *Peshho*. ܛܒܝܬܐ *Tabitha*, quamvis proprium nomen, vix agnoscitur in *Ttvitho*: sic enim id nomen, quod capream vel damam indicat Syri enuntiant. ܐܒܐ sine punctis vocalibus est *Aba* vel *Abba*: cum illis *Abo*. In ܟܐܦܐ *Cepha* plus immutatum est: nunc enim est *Kipho*. Quo tempore igitur puncta vocalia in Syriacam linguam sunt invecta; ea jam declinaverat, a prisca illa germanaque vocum prolatione quam libri Novi Foederis nobis exhibent, quamque retinet dialectus pure Chaldaica. Haec enim sonum primae vocalis א vel ܐ praesertim in fine servat: Syriaca, ut nunc effertur, ad quartam vocalem eamdem litteram plerumque reiicit. Atque haec animadvertisse operae pretium fuit, ne quis putet in Graeco Sac. Scripturae contextu, ejusque latina interpretatione, minus accuratae Syriacas voces fuisse descriptas.

Efferendi autem varietas in iisdem vocibus una ex causis fuit cur Syriaca dialectus & Chaldaica haud penitus coalescerent. Fuerunt enim qui *Arameae* nomine utramque complecti tentarent (*a*) iidem vero differentiam agnoverunt, quam innuimus, ac suas Institutiones *Chaldaico-Syriacas* inscripserunt. Quoniam vero utraque dialectus neque invicem separari prorsus, neque in unam coalescere potest; *Alphabetum* quidem *Linguae Syriacae*, Maronitarum usui destinatum, haud ita pridem nostris Typis excusum est: nunc autem elementa utriusque dialecti exhibemus. Veteres autem Chaldaicae dialecti characteres praetermisimus, tum quia iidem sunt cum Hebraicis, tum quia spatio ampliori opus fuisset.

De Orthographia recens controversis exponitur.

VII. Superioribus vero annis Romae inter Syriace doctos contentio eſt orta de

(*a*) *Schaaf Op. Aram. complect. Gramm. Chald. Syr.*

(*b*) *Alting. Instit. Chald. & Syr.*

poſtrema vocali nota ܵ , quam eſſe perpetuo ſupra litteram ܘ ſcribendam, erat qui tueretur , duabus exceptis vocibus ܟܠ et ܡܛܠ : erant etiam qui recepta ſcribendi ratione freti, aſſererent, aliis quoque litteris eam notam ſuperponi poſſe. Huiuſmodi quaeſtionem doctioribus libenter dimittimus , eo magis quod ad grammaticae regulas pertinet, non ad Alphabetum:quoniam vero apud utroſque magna eſt Georgii Amirae autoritas, facili negotio res componitur. Namque is inter infinitivi regulas hanc tradit. *Notandum eſt ſecundo, infinitivum facili negotio a praeterito formari ſublato* ܐ *et addito* ܳ *ſupra antepenultimam litterae* ܘ, *et* ܵ *ſupra eiuſdem penultimam*. Eamdem regulam inferius repetit : *habetque* ܵ ſupra penultimam litterae ܘ, quam recipit in fine, tam in activo quam in paſſivo ut ܠܡܫܩܘܠܘ *tollere* (*a*) . In praecedentem itaque conſonam reiicit quandoque autor vocalem notam ܵ , quemadmodum ſaepe ſaepius exhibet in ܒܬܘܠܬܐ *virgo* ܣܓܘܠܬܐ *botrus* ܥܡܘܕܐ *Columna* ܒܘܪܟܬܐ *benedi-*

(*a*) *Amir. Gramm. p.* 315. *et* 337.

ctio, cum aliis una tantum pagina prolatis (*a*). Aliquando neceſſe eſt id fieri vel propter inclinatam praecedentem litteram ut in ܪܗܛܐܝܬ *curſim*: vel propter notam litterae correptae in ܒܪܘܝܐ *Creator*, ܐܡܘܪܐ *dicens*. Verſiculum quoque profert is autor e Pſalmo LXXXIX. ܬܒܘܪ ܘܚܪܡܘܢ ܠܫܡܟ ܗܘ ܡܫܒܚܝܢ *Thabor et Hermon nomen tuum ipſum laudant*: ubi ter tribus vocibus eadem nota reiicitur in praecedentem litteram (*b*). Dandum eſt itaque Syris ut ſuo more ac modo ܣܘܪܝܐܝܬ Syriacè ſcribant, quando id rigidioris grammaticae, ſive potius orthographiae regulis minime adverſatur. Si quando autem aberrant, venia ipſis danda eſt, qui linguam excultiſſimam ad paucos redactam adverſus illam Alcorani tutati ſunt. Neque enim tanto emolumento

(*a*) *Id. p.* 468.
(*b*) *Id. p.* 246.

eruditis ac negotiatoribus eſſe poteſt Arabicae linguae ſcientia, quanto ſacrarum litterarum ſtudioſis peritia Syriacae; praeſertim vero ſi ad confutanda haereticorum ſcripta ſe conferant, quae a Neſtorianis, Eutychianiſque Syro ferme ſermone ſunt exarata. Quod ſi utraque tamquam dialectus Hebraicae addiſcatur; id eo magis Theologo in uſu erit, qui meminerit a Clemente V. Pont. Max. in Concilio Viennenſi haſce linguas fuiſſe commendatas, praeceptumque ut in ſuo comitatu, atque in Academiis celebrioribus docerentur.

Iam vero ad Syriacae linguae deveniamus ipſa elementa, quae XXII ſunt, aeque ac in Hebraeo ſermone, unde etiam utriuſque vetuſtas deprehenditur: nam ceterae in Oriente linguae pluribus utuntur litteris. Verumtamen ſi formam characterum ſpectes, omnes fere noſtra lingua varietate antecellit: habent enim Syro-Chaldaei uſitatiorem characterem, qui ܦܫܝܛܐ *fscitto*, *ſimplex* nimirum dicitur: habent eam formam, qua *Melchitae* ac *Neſtoriani* utuntur, qui ultimi nomen huic formae dederunt; habent pervetuſtum characterem, qui ܐܣܛܪܢܓܠܐ *Eſtranghelo* graeca voce nuncupatus eſt, ni-

mirum ϛρογγύλος *rotundus*; hunc denique *duplicatum* habent, ideoque dictum ܟܘܫܐ *eeſiſo*. Haec autem univerſa in ſubiecto Alphabeto dilucidius exhibentur.

TABVLA

Prae

l

TABVLA COMPI

Nomen		Cha-ract-	Po
Aleph	ܐܠܦ	ܐ	A
Bet	ܒܝܬ	ܒ	B
Gomal	ܓܡܠ	ܓ	G
Dolath	ܕܠܬ	ܕ	D
He	ܗܐ	ܗ	H
Vau	ܘܐܘ	ܘ	V
Zain	ܙܝܢ	ܙ	Z
Hheth	ܚܝܬ	ܚ	H
Tteth	ܛܝܬ	ܛ	T

Signum S. Crucis.

ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܚܕ
ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܐܡܝܢ.

Oratio Dominica.

ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܢܬܩܕܫ ܫܡܟ܂ ܬܐܬܐ
ܡܠܟܘܬܟ ܢܗܘܐ ܨܒܝܢܟ ܐܝܟܢܐ
ܕܒܫܡܝܐ ܐܦ ܒܐܪܥܐ܂ ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ
ܕܣܘܢܩܢܢ ܝܘܡܢܐ܂ ܘܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒܝܢ
ܘܚܛܗܝܢ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܫܒܩܢ ܠܚܝܒܝܢ܂
ܘܠܐ ܬܥܠܢ ܠܢܣܝܘܢܐ܂ ܐܠܐ ܦܨܢ ܡܢ ܒܝܫܐ.

ܡܛܠ ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܘܚܝܠܐ

ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

Salutatio Angelica.

ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܡܠܝܐ ܛܝܒܘܬܐ

ܡܪܢ ܥܡܟܝ: ܡܒܪܟܬܐ ܐܢܬܝ ܒܢܫܐ

ܘܡܒܪܟ ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܒܟܪܣܟܝ ܡܪܢ ܝܫܘܥ

ܡܫܝܚܐ. ܩܕܝܫܬܐ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ

ܐܬܟܫܦܝ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝܐ ܗܫܐ

ܘܒܫܥܬܐ ܕܡܘܬܢ ܐܡܝܢ ܀

Symbolum Apoſtolorum.

ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܒܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ

ܒܪܘܝܐ

ܒܢܘܗܪܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ : ܘܒܫܘܒܚܗ ܫܡܫܐ

ܘܣܗܪܐ ܒܙܝܘܗ ܢܗܝܪܐ : ܗܘ ܕܐܬܒܣܡ

ܡܢ ܙܝܘܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܐܬܢܓܕ ܡܢ ܡܢܗܪܢ

ܒܗܘܠܟܐ : ܢܣܒ ܒܡܘܡܝ ܦܠܝܛܣܘܗܝ

ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܐܪܟܒܬ ܡܕܒܪ ܘܐܬܒܪܝ : ܢܒܥ

ܠܫܡܘܠܐ ܠܥܘܡܩܐ ܘܐܪܥܐ ܩܡܬ ܡܢ ܥܡܩ

ܡܝܐ : ܘܐܬܒ ܠܫܡܝܐ ܘܢܦܩܬ ܡܢ ܡܥܡܩܐ

ܘܥܡܘܕܐ ܐܚܐ ܐܣܝܪ ܩܠܐ : ܡܢ ܬܚܘܬ ܢܗܪܐ

ܠܡܥܒܪ ܒܢܝܢܐ ܘܠܡܕܒܪܐ : ܡܢܗܘ ܡܝܚܢ

ܐܢܐ ܒܙܝܘܐ ܕܫܘܒܚܐ ܒܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ

ܩܕܡܐܠܥܠܡܐ : ܒܡܐܘܬܐ ܕܪܘܚܢܐ

ܘܒܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܆ ܒܩܝܡܬܐ ܕܡ̈ܝܬܐ ܆

ܒܚ̈ܝܐ ܕܠܥܠܡ ܐܡܝܢ ܀

ORATIO DOMINICALIS

Charactere Antiquo.

Estranghelo dicto.

ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ
ܢܬܩܕܫ ܫܡܟ ܬܐܬܐ
ܡܠܟܘܬܟ ܢܗܘܐ ܨܒܝܢܟ
ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܡܝܐ ܐܦ
ܒܐܪܥܐ ܗܒ ܠܢ
ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ
ܝܘܡܢܐ ܘܫܒܘܩ ܠܢ
ܚܘܒܝܢ ܘܚܛܗܝܢ
ܐܝܟܢܐ

ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܢܢ
ܫܒܩܢ ܠܚܝ̈ܒܝܢ ܘܠܐ
ܬܥܠܢ ܠܢܣܝܘܢܐ ܐܠܐ
ܦܨܢ ܡܢ ܒܝܫܐ ܡܛܠ
ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ
ܘܚܝܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ ❖

SALUTATIO ANGELICA.

ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ
ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ ܡܪܝ
ܥܡܟܝ ܡܒܪܟܬܐ ܐܢܬܝ
ܒܢܫ̈ܐ ܘܡܒܪܟ
ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܒܟܪܣܟܝ
ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܡܪܬܝ ܡܪܝܡ
ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܨܠܝ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝ̈ܐ
ܗܫܐ ܘܒܫܥܬܐ
ܕܡܘܬܢ ܐܡܝܢ܀

CREDO

Charactere Estranghelo.

ܡܗܝܡܢܝܢ ܚܢܢ ܒܚܕ
ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ
ܟܠ ⁘ ܒܪܘܝܐ ܕܫܡ̈ܝܐ
ܘܕܐܪܥܐ ⁘ ܘܒܚܕ ܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ
ܝܚܝܕܝܐ ⁘ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ
ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܕܩܕܡ ܥܠܡ̈ܐ
ܘܐܬܝܠܕ ܡܢ ܩܕܡ ܟܠ
ܒܬܘܠܬܐ ܥܠܡܐ ⁘ ܢܘܗܪܐ
ܕܡܢ ܢܘܗܪܐ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ
ܕܡܢ ܐܠܗܐ

ܦܠܐܓܘܣ ܐܙܠ ܠܒ
ܝܬܐ ܘܬܡܢ ܐܬܡܢܝ܀ ܢܘܚ
ܠܫܘܒ ܠܒܘܢ ܠܒܝܬܐ
ܕܬܠܠܐ ܘܩܪܒ ܢܘܚ
ܝܘܡܬܐ܀ ܫܠܡ ܘܠܒ
ܠܫܡܝܐ ܘܢܬܒܝܢ ܘܒܪ
ܡܝܐ ܕܐܬܩܪܝ ܐܝܟ ܐܢ
ܢܫܐ ܕܝ܀ ܘܐܡܪ ܬܠܝ
ܢܬܠܐ ܠܒܢܝ ܠܫܡܐ
ܘܠܫܡܝܐ܀ ܢܩܘܫ ܝܬܝ
ܢܫܐ ܒܪܘܚܐ ܐܝܟ ܢܝ
ܕܒܘܪܟܐ
ܒܪܟܬܐ

ܒܕܪܬܐ ܗܘܐ ܕܫܠܡ ܐܠܗܐ

ܡܫܬܘܐܠ ܒܠܗܐ ܀

ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܪ̈ܘܚܐ ܕܩܕܫܐ

ܒܫܘܒܚܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܀

ܒܡܫܝܚܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܀

ܘܚ̈ܝܐ ܕܠܥܠܡ

ܐܡܝܢ ܀

VA 1
1511949